Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

marcescit et facile uidet ab his qui diligunt
eam et inuenietur ab his qui querunt eam.
Preoccupat qui eam concupiscunt ut et illis se
prior ostendat. Qui de luce uigilauerit ad illam
non laborabit assidentem enim illam foribus suis in
ueniet. Cogitare ergo de illa sensus est consummatus.
Et qui uigilauerit propter illam cito erit securus. Ce dig
nos se ipsa circuit querens et in uiis se ostendit ill
hilariter et in omni prouidentia occurret illis. Initium
enim illius uerissima est discipline concupiscentia. Cura
ergo discipline dilectio est. et dilectio custodiendo legum
illius est. Custodiendo legum autem consummatio in
corruptionis est. Incorruptio autem facit proximum
esse deo. Concupiscentia enim sapiencie deducit ad regnum perpe
tuum. Ecce nos rel. Qarie qagd l'l' Sapie
In lectulo meo per noctem quesiui quem diligit
anima mea. Quesiui illum et non inueni. Surgam et circuibo ciuitatem per uicos et plateas qua
ram quem diligit anima mea. Quesiui illum
et non inueni. Inuenerunt me uigiles qui custo
diunt ciuitatem. Num quem dil[illegible]it anima mea
uidistis? Paululum cum pertransissem eos in
ueni quem diligit anima mea. Tenui eum nec
dimittam donec introducam illum in domum meam